

Prefatio super Cantica canticorum

Prefatio beati Gregorij papa super Cantica canticorum feliciter incipit.

Prologus.

Quia si ceco si longe a deo posito cordi sermo diuini voce propria: ac voce diuina loqueret: non caperet. Per quedam enigmata misericorditer monet et reuocat: per res notas latenter ei amorem reprobare non notari vel sic insinuat. Per hoc enim quod non horret cognitiua: intelligit quoddam incognitiua. Rebus notis allegorie conficiuntur: in sententias diuinas vertuntur: ut diu recognoscimus sensu exteriora: intellectu perueniamus ad interiora. Hinc est quod in libro hoc qui canticum canticorum inscribitur: amoris quasi corporei verba ponuntur: ut a torpore suo anima: per sermones consuetos discussa recalescat: et per verba amoris qui infra est: excitetur ad amorem qui supra est. Romanam enim hic oscula: vera: generosa. Ubi non irridenda est sacra descriptio: sed consideranda misericordia dei. In hoc etiam amplior: quia diu membra corporis nominat: sic ad amorem nos vocat. **N**otemus quidem quod mirabiliter: quod misericorditer nobiscum operatur: qui ut nos ad amplexus sacri amoris accendat: versus ad turpis amoris nostri verba se inclinatur. Sed unde se loquendo humiliat: inde nos intellectum exaltat: quod ex sermonibus huius amoris discimus: qua virtute in diuinitatis amore feruamus. **H**ic etiam solerter intuetur diu est: ne cum exteriora audimus: ad exteriora sentienda remaneamus: et machina que ponitur ut leuet: ipsa magis comprimatur: et aggrauetur. Debemus in verbis exterioribus corporeis quicquid interioris est querere: et loquentes de his extra corpus fieri debemus: ad nuptias sponsi et sponse cum intellectu charitatis: id est cum veritate nuptiali venire: ne si ista careamus: ab hoc coniunctio exterioris tenebras. id est in cecitate ignorantie repellamur. Debemus per verba

passiois transire ad virtutem impassibilitatis. **L**ittera enim occidit: spiritus viuificat. Sicut enim palea frumentis: sic et littera tergit spiritum. Sed quia iumentorum est palea: hominum frumentis veluti: qui humana ratione utitur paleas obijciat: frumenta spiritus edere disponat. **H**umane conuersationis verba audientes: quasi extra humanitatem esse debemus: ne si humaniter que diuini diuini capiamus: nihil diuini de his sentire possumus. **Q**ui enim deum sequi imitari debet: quotidie resurrectione sua: ut si cur tunc nihil passibile habuit in corde: verum secundum interiore hominem tam noua creatura sit: sic iam quicquid veteris sonuerit calcet: et in verbis veteribus sola vini nouitatis inquirat. **Q**uare deditur est: quod liber hic non Canticum: sed canticorum canticum dicitur. **T**anto est enim omnibus canticis sublimius: quanto in nuptiis sublimioris festiuitatis offert. **H**ic notandum est: quia quando vult timeri dominum: quando vult honorari patrem: quando amari sponsum se nosat dominus. **A**tende ordinem. **E**x timore enim honoris: ex honore solet procedere amor. **N**ec vacat a mysterio: quod liber hic ternus ponitur in operibus salomonis. **P**ost peruerbia enim ecclesiastes: post ecclesiastes canticum canticorum: non casu: sed plena ratione posuit. **I**n pueribus moralis vita exprimitur: cum dicitur: **A**udi fili mi sapientiam. **I**n ecclesiaste naturalis: ubi finis omnium consideratur: cum dicitur: **V**anitas vanitatum et omnia vanitas. **I**n canticum vero canticorum contemplatiua vita exprimitur: dum in eo ipsius domini aduentus et aspectus desideratur cum sponse voce dicitur: **O**sculet me osculo oris sui. **Q**uia ergo naturalis ad considerationem non perducitur: nisi prius moralitas teneatur: recte post prouerbia ecclesiastes ponitur. **E**t quia superna contemplatio non conspicitur: nisi plus hec infra labentia despiciantur: recte post ecclesiastes canticum canticorum ponitur. **P**rius quippe est mores componere: postmodum omnia que sunt tanquam non sint considerare. **P**ostea mundi acie superna: et interna consideranda. **H**os ergo librorum gradus quod quatuor

b ij

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

dam ad contemplationē dei scalam fecit: ut dum primū in seculo bene gerunt honesta: postmodū etiam honesta seculi despiciant: ad extremū vero dei intima conspiciant. Sic autē generaliter ex voce sancte ecclesie aduentus domini in hoc opere prestolat: ut etiam specialiter vnaqueque anima ingressum dei ad cor suū tanquā ad tum sponsi in thalamū aspiciat. Itaque sancta ecclesia diu prestolans aduentū domini diu sitiens fontem vite: quomodo oportet videre presentiam sponsi sui: quomodo desideret dicat.

Explicit prologus.

Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter incipit. Capitulum. I



Osculet me osculo oris sui. *[Os spōsi inspiratio xpi. Osculum oris: dulcis amor inspirationis. Dicit ergo spōsa de desiderio estuans: et in amplexus sponsi sui]*

inardescens. *Osculet me osculo oris sui. Ac si diceret: Ille quē super omnia immo solū diligo: veniat qui dulcedie sue inspirationis me tangat: quia cū eius osculum sentio: subita imitatione me derelinquo: et in eius similitudinē illico liquefacta trāsformor. Fastidit quippe sancta mens omnia que corpus sentit: et in illa spiritualia tota trāsmutari cōcupiscit. Et dñi ista obstrepent in illa fugit: seque abscondere ne hec sentiat: appetit. Ideoque osculū sponsi querit: quia si illa gratissimi amoris vinculo hic non trahit. Nec vi sue molestissimi grauedinis detēta: quomodo se ad illum cōferat omnino nō inuenit. Sed praelus xps anxietatē eius sentiens: amorē diligens: votū exaudiens: osculū porrigit: et*

ne desiderio laescat: gustu sue suauitatis lenit: et dñi suam presentiam exhibet: eas ad matius dilectionis osculū accendit. Unde hec illū sentiens ad eū se cōuertit: et quem presentē habet: mox gaudens voce mutata alloquitur: et dicit:

Quia meliora sunt vbera tua vino flagrantia vinguētis optimis.] *Vbera christi: dilectio dei et proximi. Ex his vberibus sponfam suam lacte pietatis nutrit: et inter temptationū turbines his etiā fouet: et nutrit: et perflitat reficit. Quid autē per vinū: nisi cura temporalis exprimit: et qua mens secularis cuiuslibet inebriat: ut ad inuisibilia cognoscenda aut ex toto: aut pene insensibilis reddatur. Sed vbera sponsi vino meliora existunt: quia illud necat: hec nutrit. Illud oculos mētis turbat: hec acuit. Et illud apostorata facit etiā sapientes: hec ipsos ideoras vtiq; sapiētissimos facit. Que quot vicibus sponsa cū dilectionis vbertate fugit: tot sentētias sapientie in ventre memorie trahit. Charitas enim sancta cor pacificat: mentē in temptatiōibus roborat: et vt sedes sapientie sit ania iustitiae tribuit: et locū preparat. Nec vtiq; vbera vngentis optimis flagrāt: quia odorē suauitatis per sapientie verba: et sanctitatis exempla secū portauit. Quicūq; enim sancta charitate per gratiā dei se reficit: is spiritualiū donoz et odorē suauitatis sentit. Quoz bonoz vbertate proximos quosq; ad interiora gustāda secū trahit: et vt in amorem diuini cōualescat: istis vberibus nutrit.*

Oleū effusum nomen tuū.] *Nomen sponsi xpus est. Sed nomē sponsi quasi oleū effundit: quia quicūq; nomē xpiano in veritate censent: charitate sancta affluūt qua molliunt: et vt flammaz ex employz emittant: eadē charitate iustis fundunt. Hac charitate in amorē ipsius xpī vehemētius accendunt: et ab ipso accipiunt: quo ei amplius inbereat quo perfundunt. Hinc est quod sequitur.*